



## I. Abteilung: Abhandlungen.

### Traktat des Kardinals Elziarius de Sabrano über Urbans VI. Wahl. (September 1378.)

Aus Cod. lat. 62, Stück III und X der Bibliothek des Merseburger Domkapitels,  
Cod. lat. 594 f. 157, 164 der Universitäts-Bibliothek zu Bonn.

Herausgegeben von Dr. Fr. Bliemetzrieder.

Scriptum domini cardinalis Theatini. Factum colligo<sup>1)</sup> ex narratione cuiusdam scripture presumptuose publicate per certos cardinales contra dominum nostrum papam, in qua asserunt ipsum non esse papam, et certas causas allegant tam in facto quam in iure.

Casus ergo secundum eorum narrationem talis est. Asserunt namque<sup>2)</sup> cardinales prefati, quod, dum ipsi intraverunt conclave ad electionem canonicam celebrandam, officiales Urbis cum magna multitudine populi pro magna parte armati, eciam ad campanarum pulsacionem factam propter hoc congregati, hostili more totum circumdantes ab extra et ab intra fere implentes<sup>3)</sup> palacium et terrore tam vehementi minas eciam superaddentes, quod, nisi eligerent et sine mora Romanum vel Italicum,<sup>4)</sup> statim interficerentur, eciam congruo spacio temporis, in quo saltem<sup>5)</sup> de persona deliberare possent, penitus eis subtracto, contra voluntatem et propositum eorum ad eligendum Italicum subito et ex abrupto<sup>6)</sup> per violenciam et metum mortis coegerunt invitos. Propter quod ad evitandum mortis dumtaxat periculum, quod, ut<sup>7)</sup>

Signa in istis notis adhibita sunt: M<sub>1</sub> = Cod. Merseburgensis copia prior,  
M<sub>2</sub> = Cod. Merseburg. copia posterior, B = Cod. Bonnensis.

<sup>1)</sup> B: collegio! — <sup>2)</sup> M<sub>1</sub>: veroque. — <sup>3)</sup> B; M: implentes. — <sup>4)</sup> B: ytalicum. — <sup>5)</sup> M<sub>2</sub>: saltim de persona saltim deliberare. — <sup>6)</sup> M<sub>2</sub>: exarupto, B: ex arrupto. — <sup>7)</sup> B om.: ut, hab.: (quod, corrig.) quia asserunt rumorem populi.

asserunt, rumore populi tam furentis<sup>1)</sup> proculdubio imminabat, alias non facturi<sup>2)</sup> et<sup>3)</sup> eciam inter eos tunc<sup>4)</sup> dixisse testantur, elegerunt in papam dominum nostrum modernum estimantes ipsum nullatenus<sup>5)</sup> acceptare propter impressionem prefatam. Asserunt eciam quod per<sup>6)</sup> importunas requisiciones ipsius ac minas officialium et populi predictorum, per cardinales qui remanserant in Urbe, eleccionem prefatam licet nullam, sibi fecerat<sup>7)</sup> presentari et contra canonicas sanctiones<sup>8)</sup> consensum adhibuit, ponentes eciam quod ipso metu durante, metu et ipsius metus<sup>9)</sup> causa in Urbe intronizaverunt et coronaverunt eum; propter quem metum modo asserunt eum non esse<sup>10)</sup> papam et denunciant toti mundo. Ex quorum narratione rei geste habentibus noticiam veritatis due maxime inconveniencie demonstrantur; prima,<sup>11)</sup> quia<sup>12)</sup> eorum turpitudinem allegantes inferunt papam non esse papam; secunda<sup>13)</sup> in narratione facti non erubescunt multa mendacia<sup>14)</sup> exprimere et magnam partem suppressere veritatis, ut per infra scripta patebit. Attamen ut<sup>15)</sup> ex<sup>16)</sup> ipsorum propriis codicibus convincantur, secundum narrationem facti per eos positi tria dubia elicio exquirenda. Primum: utrum in eleccione Romani pontificis facta per cardinales Romane ecclesie possit intervenire impressio.

Secundum: posito<sup>17)</sup> quod metus mortis cardinalibus imprimatur et per talem metum illum eligant, quem non erant alias electuri, utrum propter hoc electio debeat dici nulla.

Tercium: concesso quod tales coacti consensus a principio non operentur<sup>18)</sup> effectum, utrum per actus postmodum subsequutos<sup>19)</sup> videlicet presentationem eleccionis cum acceptance electi, intronizationem et coronacionem convalescant,<sup>20)</sup> ac si a principio fuissent liberi.

Pro responsione ad quesita sic procedam: Nam combinato primo et secundo quesito primo arguam<sup>21)</sup> pro et contra, deinde ponam<sup>22)</sup> quid sentio<sup>23)</sup> pro solucione primi quesiti [I.] et successive veniam ad solucionem secundi [II.]; postea [III.] reformabo narrationem facti iuxta seriem veritatis, et demum tertium dubium, quantum michi erit possibile, declarabo.

[I—II] Ad partem igitur affirmativam primo istud<sup>24)</sup> generale induco quod in eleccionibus canonica desideratur libertas, de elec. c. I.,<sup>25)</sup> VIII. q. II. Dilectissimi,<sup>26)</sup> et in tantum, quod electio facta ad clamorem populi vel<sup>27)</sup> impressionem secularis

1) B: furentis. — 2) M<sub>2</sub>: factam! — 3) B: ut. — 4) M<sub>1</sub> om.: tunc. — 5) M<sub>1</sub>: ullatenus. — 6) B: propter. — 7) B: fecit. — 8) M<sub>1</sub>: canonicam sanctionem. — 9) M<sub>1</sub>: metu. — 10) M<sub>1</sub>; M<sub>2</sub>, B om.: esse. — 11) M<sub>1</sub>: primo . . . secundo. — 12) B: quod. — 13) B: male mendacia — 14) M<sub>2</sub> om.: ut. — 15) M<sub>2</sub>, M<sub>1</sub>: per . . . codicibus. — 16) M<sub>1</sub>: posita! — 17) M<sub>1</sub>: oparentur. — 18) B: secutos. — 19) B male: convalescat. — 20) M<sub>1</sub>: arguo. — 21) B: pono. — 22) M<sub>2</sub>: sentio. — 23) M<sub>1</sub>, B: illud. — 24) M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub> om.: I. — 25) c. 2. — 26) B: per impressionem.

abusus est nulla, de elec. Quisquis, et c. Massan[a], et c. Sacrosancta,<sup>1)</sup> VIII. q. I. Si ergo.<sup>2)</sup> Confirmo: Spirituale coniugium contrahitur per mutuum consensum<sup>3)</sup> liberum eligencium et electi, de transla. Inter corporalia, ad instar carnalis coniugii, ut ibi. Sed ubi consensus contrahencium ex utraque parte vel altera per violenciam<sup>4)</sup> imprimantur,<sup>5)</sup> matrimonium non procedit, de spon. Cum locum<sup>6)</sup>. Preterea. Actus non operantur ultra intencionem agencium, Proposuit de concess. pre.<sup>7)</sup> Sed intencio impressorum non est eligere, sed solum metum evadere. Ergo ultra non operentur extorti consensus.

Item. Ex<sup>8)</sup> nichilo aliquid fieri non potest, Bone de elec.,<sup>9)</sup> VI. q. fi. in § Actor,<sup>10)</sup> facit<sup>11)</sup> c. Cum cessante de appell.<sup>12)</sup> Sed qui metu asserit quod non vult, nichil dicit, quia voces sunt signa earum que sunt in anima passiones, ut in c. Hiis<sup>13)</sup> autem XXII. q. II.;<sup>14)</sup> ubi autem signatum deficit, signum nichil demonstrat, ergo prolacio vocis impressi<sup>15)</sup> in nullo testificatur de actu intraneo<sup>16)</sup> voluntatis, qui substantifice requiritur ad perficiendum spirituale coniugium, prout est<sup>17)</sup> superius allegatum.

Item. Si ita esset quod vota cardinalium coacta producerent veram eleccionem Romani pontificis, multa absurda viderentur sequi, et potissime quia eleccio Romani pontificis de facili perveniret ad laycos.<sup>18)</sup> Nam secularis potestas<sup>19)</sup> habet custodire conclave, de elec. Ubi periculum in § Preterea li. VI., et pro tunc cardinales sunt sub ditione custodis, saltem de facto; quare, si vota coacta veram eleccionem producerent, de facili custos conclavis cogeret<sup>20)</sup> cardinales ad eligendum pontificem sibi gratum, et sic essent cardinales in eleccione ut pita aut canale lapideum contra mentem iurium violencium hoc ius eligendi ad solos cardinales spectare,<sup>21)</sup> profanarentur<sup>22)</sup> et nichilominus<sup>23)</sup> Christi misteria, si secularis abusus disponeret de vicario Jesu Christi, daretur eciam materia depredandi et trucidandi ipsos dominos cardinales, quod non patitur c.<sup>24)</sup> Prelatis de homicid. li. VI.<sup>25)</sup>

Sexto<sup>26)</sup> et ultimo pro ista parte videtur casus in c. In nomine Domini XXIII. di. in ver[su]<sup>27)</sup> Quod si pravorum iuncta clausala derogatoria in ver[su] Quod si quis,

1) c. 43, X, 1, 6; eod., c. 56; eod., c. 51. — 2) c. 16. — 3) M<sub>1</sub>: et liberum. — 4) B. — 5) Mss hic: inpressorum. — 6) c. 14, X, 4, 1. — 7) c. 4, X, 3, 8. — 8) M<sub>1</sub> om: ex. — 9) c. 23, X, 1, 6. — 10) Sic; cf. Corp. iur. can., ed. Böhmer-Richter (1839) notam ad h. l. c. 2, q. 5 fin. — 11) B male: faciat. — 12) c. 60, X, 2, 28. — 13) Sic. — 14) c. 4 Js autem. — 15) M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub>: inpresse. — 16) M<sub>1</sub>: intranee. — 17) M<sub>1</sub> om.: est. — 18) M<sub>2</sub>, B; laycos. — 19) M<sub>1</sub>: nam seculares habent. — 20) B; M<sub>2</sub>: coegeret; M<sub>1</sub>: corrigeret. — 21) M<sub>1</sub> om: spectare. — 22) B; M: prophanarentur; M<sub>1</sub>: prophanerentur. — 23) M<sub>1</sub>: nichilominus et Christi. — 24) B.: ca[pitulam]. — 25) c. 2, 5, 4 in VI. — 26) B: secundo. — 27) in versu] iuxta B. —

ubi abhorret textus electionem per impressionem, et contrarium factum irritat, et eodem modo inducitur c. I. LXXIX. di. ubi canonica electione assumendus est<sup>1)</sup> apostolicus; si secus, fiat non apostolicus, sed apostaticus est censendus.<sup>2)</sup>

Ad<sup>3)</sup> partem contrariam quod in tanto negotio non possit intervenire impressio que per cardinales dici valeat iustus metus, induco primo quod legitur et notatur in c. Litteras<sup>4)</sup> de resti. spo., cum dicitur quod prius debemus omnia mala pati quam malo<sup>5)</sup> consentire et maxime in tanto malo, sicut est scissio universalis Ecclesie. Secundo etiam inducitur<sup>6)</sup> quod legitur et notatur de renunc. Nisi cum pridem in § Verum,<sup>7)</sup> XLIII. di. Sit rector,<sup>8)</sup> VII. q. I. in § Hoc tunc servandum in verbo Cum vero,<sup>9)</sup> in quibus iuribus clare patet quod pro<sup>10)</sup> libertate Ecclesie defendenda et conservanda,<sup>11)</sup> debent prelati Ecclesie insurgere ex adverso<sup>12)</sup> et se opponere murum pro custodia Jerusalem et etiam,<sup>13)</sup> si est expediens, proprium sanguinem<sup>14)</sup> effundere, priusquam fides catholica in minimo maculetur, ut in iuribus statim allegatis, et c. Omnium XXIII. q. VIII.<sup>15)</sup> et nedum pro fide, quinymmo<sup>16)</sup> et pro conservandis bonis temporalibus Ecclesie debent prelati Ecclesie<sup>17)</sup> exponere se martyrio, ut loquitur et notatur in c. Sicut dignum de homicid.<sup>18)</sup> Tercio ad idem bene facit vulgaris regula<sup>19)</sup> qua dicitur:<sup>20)</sup> prius enim scandalum nasci permittitur quam bone vite veritas relinquantur, de re. iuris. Qui scandalizaverit,<sup>21)</sup> et in preallegato c. Nisi § Pro gravi.

[I] Et quia istam partem credo verissimam, servata tamen<sup>22)</sup> semper<sup>23)</sup> determinacione sancte matris Ecclesie ac etiam cuiuscunque periti recte<sup>24)</sup> ac catholice sentientis<sup>25)</sup> ponam que sentit<sup>26)</sup> meus parvulus intellectus. Et primo ut intelligam memetipsum declaro michi terminos questionis.<sup>27)</sup> Nam cum queritur, utrum in electione Romani pontificis possit intervenire impressio, intelligo de potencia iuris et quoad iuris effectum, ut videlicet, si imprimatur in cardinales<sup>28)</sup> metus mortis, utrum iste metus sit de iure sufficiens ad inficiendum effectum voluntatis in electionem<sup>29)</sup> vibrare<sup>30)</sup> ut cardinales reddat propterea excusatos, quia id solum

<sup>1)</sup> M<sub>1</sub>: est assumendus. — <sup>2)</sup> M<sub>1</sub>: cesendus. — <sup>3)</sup> B in marg.: oppo[situ]m. — <sup>4)</sup> c. 13, X, 2, 13. — <sup>5)</sup> B. — <sup>6)</sup> B: inducitur etiam. — <sup>7)</sup> c. 10, X, 1, 9. § 7. — <sup>8)</sup> c. 1. — <sup>9)</sup> Dict. Grat. p. c. 48. — <sup>10)</sup> B; M<sub>1</sub>: per, M<sub>2</sub>: per libertatem Ecclesie defendendam et conservandam. — <sup>11)</sup> B: conservando. — <sup>12)</sup> M<sub>1</sub>: et ex adverso. — <sup>13)</sup> M<sub>1</sub>: et si est expediens. — <sup>14)</sup> M: sanguinem. — <sup>15)</sup> Sic mss. c. 46 Omnium, C. 23, q. 5? — <sup>16)</sup> M: quinymmo; B: quinymo. — <sup>17)</sup> M<sub>1</sub> om: Ecclesie. — <sup>18)</sup> c. 6, X, 5, 12. — <sup>19)</sup> B: regula vulgata. — <sup>20)</sup> M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub> add.: quod. — <sup>21)</sup> c. 3, X, 5, 41. — <sup>22)</sup> B om: tamen. — <sup>23)</sup> M<sub>1</sub> om: semper. — <sup>24)</sup> M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub> male: item! — <sup>25)</sup> M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub>: sentientis. — <sup>26)</sup> M<sub>1</sub>, B: prius; M<sub>2</sub>: sensit. — <sup>27)</sup> B Note: Residuum vide infra folio 164, ubi incipit: Nam cum queritur, utrum in electione etc. Fortsetzung: von anderer Hand. — <sup>28)</sup> B: cardinalem. — <sup>29)</sup> B: electione. — <sup>30)</sup> Sic M<sub>1</sub>? B: vib rat?

dicimur<sup>1)</sup> posse quod de iure possumus,<sup>2)</sup> XXII. q. II. Faciat homo; <sup>3)</sup> alias esset questio ridiculosa,<sup>4)</sup> quia nulli dubium quod possibile est in facto cardinalem esse vecordem qui bonum privatum timore mortis publice utilitati preferret.<sup>5)</sup>

Hac igitur declaracione premissa pono pro fundamento reali secundum catholicos tractatores, quod actus humani in tantum dicuntur esse iusti et laudabiles, in quantum aguntur<sup>6)</sup> secundum ordinem et rectitudinem rationis et <sup>7)</sup> eo ipso quod homines a tali rectitudine deviant actus volitivi sunt immediate culpabiles et iusticia carent. Ordo autem recte rationis hoc imperat, ut quedam magis diligantur,<sup>8)</sup> quedam vero<sup>9)</sup> minus. Hinc insurgit<sup>10)</sup> edictum iusticie, quod quocienscumque inprimitur menti humane timor seu metus perdicionis rei minus diligende, ut<sup>11)</sup> perdatur bonum rei magis diligendum, metus non dicitur iustus nec cadens in constantem virum,<sup>12)</sup> quia de natura constancie seu fortitudinis est expellere vanos timores iuxta distincionem premissam.

Et ut melius explicem conceptum, ponamus exempla. Debemus<sup>13)</sup> secundum ordinem recte rationis causam primariam summe diligere, que Deus est, sicut precipitur in decalogo, quia est causa essendi et conservandi omnium entium implicans omne bonum, et naturalissimum est, ut omnis effectus ad causam propriam convertatur. Deinde debet homo diligere semetipsum et proximum, primo quoad animam, secundo quantum ad corpus; et hec dilectio importat<sup>14)</sup> bonum individuale et eciam rei publice. Deinde diligenda sunt bona exteriora que prestant accomode<sup>15)</sup> nobis<sup>16)</sup> necessaria nostro cursui, et eciam inter bona exteriora sunt aliqui gradus, quos causa brevitatis omitto.<sup>17)</sup> Timor autem propter dilectionem insurgit, quia passionatur et dubitat homo ne perdat quod diligit. Modo<sup>18)</sup> ad propositum, si quis<sup>19)</sup> imprimat michi metum mortis aut corporis cruciatus, nisi tradam sibi possessionem meam per stipulacionem solempnem, certe iste erit iustus metus cadens in virum constantem et sufficiens ad revocacionem contractus, quia naturalis rectitudo hoc habet ut per conservacionem proprii individui exponam bona exteriora; unde constito de tali metu et per consequens de carencia debiti consensus, qui est substantia in contractibus, certe annihilabitur<sup>20)</sup> ipse contractus. Sed ponamus in casu nostro: inprimitur michi metus mortis aut cruciatus<sup>21)</sup> ut

<sup>1)</sup> M<sub>1</sub>: dicuntur. — <sup>2)</sup> B. — <sup>3)</sup> c. 15. — <sup>4)</sup> M<sub>1</sub>: ridiculosa. — <sup>5)</sup> M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub>: prefert. — <sup>6)</sup> B: agunt. — <sup>7)</sup> M<sub>1</sub>: ex eo ipso! — <sup>8)</sup> B; M<sub>2</sub>: diliguntur! M<sub>1</sub>: quidam magis diligunt! — <sup>9)</sup> M<sub>1</sub>: vera! — <sup>10)</sup> M<sub>1</sub>: surgit. — <sup>11)</sup> M: vel [male legendo: ut?] perdatur bonum magis diligende. — <sup>12)</sup> B: virum constantem. — <sup>13)</sup> M<sub>1</sub>: debo-lacuna. — <sup>14)</sup> Mss. scribunt mox: implicans, mox: implicans, inportat. — <sup>15)</sup> Mss: accomode. — <sup>16)</sup> B: prestant nobis accomode necessaria. — <sup>17)</sup> M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub>: obmitto. — <sup>18)</sup> B prius: modum, dein correct.: modo. — <sup>19)</sup> B non recte: quid. — <sup>20)</sup> B: adnichilabitur. — <sup>21)</sup> B: aut metus cruciatus.

prevaricem articulum fidei, vel aliter Deum offendam mortaliter. Erit ne iste iustus metus stringens intraneam libertatem arbitrii ad<sup>1)</sup> complendum tale nephandum, reddens me excusabilem quod non fui liber in prolacione vocis? Certe absit omnino a cordibus fidelium error iste, ut<sup>2)</sup> quis presumat asserere se captivatum vel compulsum ad preponendum<sup>3)</sup> bona corporis divine dileccioni. Quinymmo in tali casu dicendum<sup>4)</sup> est, quod ultro homo se debet offerre martirio et testificari veritatem per opera fidei in fortitudine mentis et animo constanti. Hec omnia colliguntur ex doctrina sancti doctoris de Aquino in secunda secunde questione CXXIII., IIII.<sup>5)</sup> et V<sup>ta</sup>, in quibus tractat<sup>6)</sup> de fortitudine, de martirio et timore seu<sup>7)</sup> iusto metu; et hoc<sup>8)</sup> eadem sententia, licet per alium modum, colligitur manifeste ex iuribus<sup>9)</sup> infra scriptis, videlicet de hiis que vi me. causa<sup>10)</sup> c. Sacris,<sup>11)</sup> L. di. Presbyteros.<sup>12)</sup> XI. q. III. Non solum, et c. Nolite,<sup>13)</sup> XXII. q. II. Primum,<sup>14)</sup> et XXIII.<sup>15)</sup> q. VIII. Convenior,<sup>16)</sup> XXXII<sup>17)</sup> q. V. Ita ne<sup>18)</sup>, de conse.<sup>19)</sup> di. IIII. Eos;<sup>20)</sup> glo[sa] in c.<sup>21)</sup> Cum dilectus<sup>22)</sup> de hiis quod me. causa<sup>23)</sup> multa iura collegit,<sup>24)</sup> ex quorum leccione perpenditur rectus ordo dileccionis in rebus, secundum quem iudicatur de iusto metu qui potest cadere in constantem virum.<sup>25)</sup> Quod autem in eleccione Romani pontificis versetur articulus fidei,<sup>26)</sup> quem pleno ore cantamus: in unam, sanctam, catholicam Ecclesiam, nemo sane mentis ignorat. Habet<sup>27)</sup> enim serenitas et ineffabilis<sup>28)</sup> veritas fidei christiane, quod electus in papam per cardinales Romane ecclesie<sup>29)</sup> sit in terris verus vicarius Iesu Christi constitutus a Deo iudex vivorum et mortuorum, de elec. Licet in § Statuimus, et c. Ubi periculum in § Ceterum e. ti. li. VI., et in c. Per venerabilem in § Racionibus qui filii sint le.,<sup>30)</sup> et in ipso Romano pontifice velud<sup>31)</sup> in quodam capite plenitudinis potestatis ita Dominus auctoritatem apostolicam consecravit, ut ceteros levitici generis<sup>32)</sup> in partem sollicitudinis<sup>33)</sup> advocaret, quorum ministerio tam<sup>34)</sup> excellencia sacramenta celestium secretorum

<sup>1)</sup> B incip. scribere: (ad) per, sed del. — <sup>2)</sup> M<sub>1</sub>: nec. — <sup>3)</sup> B; M: proponendum. — <sup>4)</sup> M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub>: vicendum! — <sup>5)</sup> M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub> om: IIII. — <sup>6)</sup> M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub>: tractatur. — <sup>7)</sup> M<sub>1</sub>: sine! — <sup>8)</sup> B: hec . . . collitur. — <sup>9)</sup> M<sub>1</sub>: quibus! — <sup>10)</sup> B: in c[apitulo]. — <sup>11)</sup> c. 5, X, 1, 40. — <sup>12)</sup> c. 32. — <sup>13)</sup> c. 77; ead., c. 86. — <sup>14)</sup> c. 8. — <sup>15)</sup> B: XXXIII, sed correct. — <sup>16)</sup> c. 21. B add. alleg.: XXXI. q. II. Lotharius. c. 4 fin. — <sup>17)</sup> M<sub>2</sub>: XXXI; M<sub>1</sub>: XXI. — <sup>18)</sup> B: ita no! c. 3. — <sup>19)</sup> M<sub>1</sub>: cause! — <sup>20)</sup> c. 118. — <sup>21)</sup> B prius: in, dein correct III? — <sup>22)</sup> c. 6, X, 1, 40. — <sup>23)</sup> Sic M<sub>1</sub>, B: que [del] de hiis que vi me[tus]. — <sup>24)</sup> M<sub>1</sub>, B: colligit. — <sup>25)</sup> B. — <sup>26)</sup> B add in marg. glossam: vide VII. q. I. non autem, [c. 12.] ubi glo[sa] singularis quia non debet esse nisi unus papa. — <sup>27)</sup> M<sub>1</sub>: hic. — <sup>28)</sup> B: inexsabilis! — <sup>29)</sup> M<sub>1</sub> om.: Romane. — <sup>30)</sup> c. 13, X, 4, 17. — <sup>31)</sup> Mss.: velud. — <sup>32)</sup> M<sub>2</sub>: in levitici generis; M<sub>1</sub>: in levitici genere; B: levitici generis. — <sup>33)</sup> B: sollicitudinis. — <sup>34)</sup> tam] causa! B.

diffunderet per universum corpus Ecclesie militantis, de elec. Significasti, et c. Fundamenta in § Huiusmodi e. ti. li. VI. Et per hoc patet cardinales indebite trepidasse, ubi non erat timor, scilicet virorum constancium et maxime cardinalium, qui sunt columpne Ecclesie et sicut precedunt ceteros dignitate ita debent virtutibus antea, ut in canone Vilissimus<sup>1)</sup>, et magnus rubor debet esse in frontibus cardinalium<sup>2)</sup> predictorum, quando proprio ore divulgant, quod<sup>3)</sup> Christum negaverunt ad voces populi ebriosi; Christum enim negat qui mendacium profert in fide, ut in canone non solum XI. q. III. et c. Primum XXII. q. II. Et bene fuit novissimum genus mendacii in fide catholica secundum falsam assercionem ipsorum, ut illum mentirentur vicarium Ihesu Christi quem elegerunt, intronizaverunt,<sup>4)</sup> coronaverunt, tenerunt cum ipso consistoria in multis promociionibus prelatorum et aliis negociis, pecierunt ab eo collegialiter absolucionem culpe et pene et alias gracias infinitas; et modo asserunt hec<sup>5)</sup> omnia fuisse mendosa, ficticia et caruisse essencia veritatis, et sic semetipsos demonstrant quam turpi typo in hac materia moveantur.

[II] [Solutio secundi quesiti]. Viso quod iustus metus in casu proposito non potest per cardinales allegari, restat ostendendum<sup>6)</sup> si per metum mortis illum eligant quem non erant alias electuri, an ex re ipsa elleccio debeat dici nulla.

Movet dubium, quia,<sup>7)</sup> licet contradictores repellantur interdum ab agendo, non propterea validatur eleccio, nisi aliter<sup>8)</sup> doceatur canonica, de elec. Cupientes in § Nichilominus li. VI. cum similibus.

Pro solucione huius appendicie questionis sunt duo evidencialia necessario premittenda. Et primo, cum queritur de modo eleccionis Romani pontificis, qualiter seu per quem modum debeat celebrari et per quos, oportet necessario ad decreta et constituciones Romanorum pontificum habere recursum, quia ex textibus sacre scripture novi et veteris testamenti non possemus explicite edoceri, nec alie scripture aut<sup>9)</sup> ordinationes prophane in tam arduo divino negotio essent aliquid admittende. Hoc est<sup>10)</sup> ad litteram sententia Nicolai<sup>11)</sup> in c. In nomine Domini XXIII. di., ibi cum dicit: Certus vero atque legitimus huius eleccionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum patrum regulis sive gestis, eciam illa beati Leonis predecessoris nostri sententia reco-

1) vilissimus] B M<sub>2</sub>, dilectissimus M<sub>1</sub>. — 2) B: cardinalibus! predictorum. — 3) quod] per M. — 4) Sic mss. — 5) M<sub>1</sub>: modo hec asserunt omnia; B: modo hec omnia asserunt. — 6) B: videndum. — 7) B: quod. — 8) B om: aliter. — 9) M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub>: seu. — 10) M<sub>1</sub>: hec enim; B: hec est. — 11) M<sub>1</sub>: Nicholai.

**Tatur.**<sup>1)</sup> Secundum evidenciale est quod collegium cardinalium constitutionibus apostolicis dispon[entibus]<sup>2)</sup> de eleccione Romani pontificis non possunt<sup>3)</sup> aliquid<sup>4)</sup> addere vel minuere, aut illis renunciare, nec breviter<sup>5)</sup> aliquid iurisdictionis sibi vendicare apostolica sede vacante de hiis que spectant ad Romanum pontificem cum vivit, ut in cle. Ne<sup>6)</sup> Romani in I. R[esponso]<sup>7)</sup> de elec. Ex quo<sup>8)</sup> immediate infertur quod collegium cardinalium non potest apponere<sup>9)</sup> clausulam derogatoriam quod eleccio sit nulla, si eis<sup>10)</sup> mortis periculum comminetur, aut eciam aliam penam addere, seu alias effectum eleccionis suspendere, sed oportet eos stare preiacenti dispositioni<sup>11)</sup> iuris, et si a iure aliqua<sup>12)</sup> pena imponitur,<sup>13)</sup> illa contenti remaneant, ne<sup>14)</sup> de alia cogitent, sicut eciam est de iure communi, de offi. dele. c. De causis.<sup>15)</sup> Hiis premissis videamus que sunt iura disponencia in casu proposito et quis est intellectus ipsorum iurium.

Dico ad primum, pericore<sup>16)</sup> speculatione<sup>17)</sup> servata, quod in quantum tangitur casus propose questionis, reperio quinque canones promulgatos, videlicet<sup>18)</sup> canonem In nomine Domini XXIII. di. c. I., LXXIX., decret[alem]<sup>19)</sup> Licet de elec., c. Ubi periculum e. ti. li. VI<sup>o</sup>, et Cle. Ne Romani e. ti. Et quamvis sint alia iura loquencia de eleccione Romani pontificis, non tamen meo videri<sup>20)</sup> sic coaptantur<sup>21)</sup> ad nostrum propositum principale. Excludo eciam c. Si quis pecunia LXXIX. di., quia nichil facit ad rumbum, ut ibi glo[sa]<sup>22)</sup> declarat. Ad secundum vero quod importat at leges et prophetas<sup>23)</sup> videlicet quis est verus intellectus ipsorum iurium, ut loqui possim commodius<sup>24)</sup> quod intendo, faciamus de quinque canonibus<sup>25)</sup> prenotatis unam massam communem. Et tunc attollo ulterius intellectum quod ex omnibus predictis canonibus simul iunctis pro verissimo intellectu perpenditur quod in eleccione Romani pontificis est reperire substantialia, sine quibus eleccio esset nulla, est<sup>26)</sup> eciam reperire multa alia ad bene esse et nullo modo<sup>27)</sup> ad esse<sup>28)</sup> simpliciter. Substantialia vero sunt quod eleccio Romani pontificis fiat ad minus per duas partes Romane ecclesie cardinalium<sup>29)</sup> qui sunt

<sup>1)</sup> B add: etc. Cfr. Corpus iuris canonici, ed. Böhmer-Richter, notas. —

<sup>2)</sup> M<sub>2</sub>, B (disponent); M<sub>1</sub> om; B: apostolicis [add. super lin:] constitutionibus disponent[ibus]. — <sup>3)</sup> Sic Mss. B correct., id est, deleta littera >nc: p[otes]t. —

<sup>4)</sup> B correct: aliquomodo prius: aliquem? — <sup>5)</sup> B male legendo, br. [= breviter]: videtur. — <sup>6)</sup> M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub>: cum! — <sup>7)</sup> B: r[espo]nso. — <sup>8)</sup> M<sub>1</sub> om: ex quo. —

<sup>9)</sup> M<sub>1</sub>: opponere. — <sup>10)</sup> B prius: eius, sed correct. — <sup>11)</sup> M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub>: ordinacioni. —

<sup>12)</sup> B (correct): in iure aliquo. — <sup>13)</sup> M<sub>2</sub>; M<sub>1</sub>: opponitur; B: apponitur. — <sup>14)</sup> B: nec. — <sup>15)</sup> c. 4, X, 1, 29. — <sup>16)</sup> M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub>: periore. — <sup>17)</sup> B correct. —

<sup>18)</sup> B: scilicet. — <sup>19)</sup> B: decretalem. <sup>20)</sup> B: videri meo. — <sup>21)</sup> B: coaptantur sic. — <sup>22)</sup> B: glosa. — <sup>23)</sup> B: importat; M: important leges et prophanas! —

<sup>24)</sup> B: commodius possim loqui. — <sup>25)</sup> M<sub>1</sub> om. — <sup>26)</sup> M<sub>1</sub>: et. — <sup>27)</sup> M<sub>1</sub> om. — <sup>28)</sup> B: ad se! — <sup>29)</sup> B: card[inalium] Romane ecclesie.

presentes in civitate seu<sup>1)</sup> loco ubi moritur papa, et quod exinde subsequatur<sup>2)</sup> consensus electi. Cetera vero que statuuntur et ordinantur in canon[ibus] statim allegat[is] sunt tantum ad bene esse, ita quod si cetera talia penitus obmittantur,<sup>3)</sup> vel contra fiat, non propterea viciatur electio quominus taliter electus non sit verus papa, et hoc<sup>4)</sup> virtute clause<sup>5)</sup> posite in c. Licet in § Statuimus, que omnem tollit exceptionem, et iste est concors et clarus intellectus quasi doctorum omnium, et primo Johannis<sup>6)</sup> et Laur[encii]<sup>7)</sup> in c. I. LXXIX. di., Ber[nardi],<sup>8)</sup> Host[iensis],<sup>9)</sup> Innoc[encii],<sup>10)</sup> Compostellanus,<sup>11)</sup> Alanus,<sup>12)</sup> Vincencius<sup>13)</sup> et eciam Novellatoris<sup>14)</sup> in c. Licet, Archidiaconi,<sup>15)</sup> Guilelmi,<sup>16)</sup> clerici [?] Pisa[ni]<sup>17)</sup> et Jo[hannis] An[dree]<sup>18)</sup> in c. Ubi periculum, Pau[li],<sup>19)</sup> Guilelmi de Mon.<sup>20)</sup> etc. et glosa ordinaria in Cle. Ne Romani.

Et propterea cum securitate audeo dicere, quod, si per metum mortis cardinales alium eligant, quem non erant alias electuri, nichilominus electus<sup>21)</sup> est verus papa, quia nulla sibi obstat exceptio, quomodocumque et qualitercumque habeat voces cardinalium in electione presencium. Ad hoc eciam induco geminatum<sup>22)</sup> textum in c.<sup>23)</sup> Ubi periculum, primo in<sup>24)</sup> § Preterea<sup>25)</sup> iuncta glo[sa], ubi<sup>26)</sup> prohibetur expresse, quod custos conclavis non presumat cardinales coartare ultra quam in eadem decret[ali] permittitur, et glo[sa]<sup>27)</sup> ibi querit: Quid si contrarium fiat,<sup>28)</sup> respondit quod erit excommunicatus, sicut qui modum excedit<sup>29)</sup> in defendendo se a clerico; non dicit quod talis excessus reddat electionem nullam. Item do textum clarum in eadem decret[ali] in § Ceterum,<sup>30)</sup> ubi primo exordiando premititur<sup>31)</sup> quod, quando inordinatus affectus captivat arbitrium, vel quando necessitas cuiuscumque obligacionis restringit ad aliquod certum et indeterminatum,<sup>32)</sup> cessat electio, dum libertas

1) B: vel. — 2) B: subsequetur. — 3) M: abmittantur! — 4) B: ho! — 5) M<sub>1</sub>: elco? — 6) Es gibt mehrere berühmte Kanonisten des Namens Johannes, Faventinus († 1190), Tenticus (ca. 1220), vgl. Schulte, Geschichte der Quellen und Literatur des kanon. Rechtes. 1, S. 137 ff, S. 174 ff. — 7) Laurentius Hispanus (ca. 1212), Schulte, 1, S. 190 f. — 8) Bernardus Papiensis († 1213), eb., 2, 175 ff. — 9) Heinrich von Segusia († 1271), eb., 2, 123 ff. — 10) Papst Innocenz IV. († 1254), eb., S. 91 ff. — 11) Sic M<sub>1</sub>; B: Compost. Bernardus Compostellanus (ca. 1250), eb, S 118 ff. — 12) Sic M; B: Alani. Alanus (ca. 1210), eb., 1, S. 188 ff. — 13) Sic M; B: Vincen., correct.: Vincen[cij]us. Vincentius Hispanus (eb. 1, S. 191). — 14) Johannes Andreae. — 15) B: Archi. Guido de Baysio, † 1313 (eb., 2, 186 ff.) — 16) B: Guilel. Guilelmus Durantis, † 1296 (eb., 2, 144 ff.). — 17) cleric[i] mss: cli?, B: pisa. — 18) † 1348 (eb. 2, 205 ff.). — 19) Paulus de Liazaris, † 1353 (eb., 2, 246 ff.). — 20) Guilelmus de Monte Lauduno, † 1343 (eb. 197 ff.). 21) B om. — 22) B (geminatum); M unklar: g'natum, gematum; generatim? — 23) M: textum IIII capituli. s. [=scilicet] Ubi. — 24) B: ca. — 25) B: propterea. — 26) M<sub>1</sub>: ibi. — 27) B: glosa. — 28) B: faciat. — 29) B: excedit modum. — 30) M<sub>1</sub>: verum ceterum. — 31) B. — 32) B, vel mss. hab.: indeterminatum; B add. in marg.: astringit.

tollitur eligendi; in quo dat manifeste intelligere quod libertas in eligendo habet se indifferenter ad plures,<sup>1)</sup> unde si talis libertas precise restringatur in personam Ticii, ut eligatur, sive<sup>2)</sup> talis restrictio fiat per cecitatem mentis, puta<sup>3)</sup> quia corrumpitur affectus avaricia seu alio vicio, sive fiat per necessitatem, pari passu libertas dicitur perdita. Necessitas autem vere et proprie factum denotat alienum, quia nullus in facto proprio ita restringitur quod non valeat revocare impertitum a propria veritate, quia nemo potest sibi legem indicere a qua<sup>4)</sup> non liceat resilire,<sup>5)</sup> notat glo[sa] fi[nalis] in c. ultimo<sup>6)</sup> de rescript. li. VI.,<sup>7)</sup> bene facit c. I. de const. e. li;<sup>8)</sup> necessitas autem, quia ex facto provenit alieno, in execucione<sup>9)</sup> importatur, de verborum signifi. In hiis<sup>10)</sup> et ca[pitulu]m Quod precipitur XIII. q. I.<sup>11)</sup>

Verumptamen de necessitate loquimur. Oportet distinguere inter absolutam et condicionalem<sup>12)</sup> prout distinguitur<sup>13)</sup> in c. Sacris<sup>14)</sup> de hiis quod metus causa.<sup>15)</sup> Sed in casu nostro non<sup>16)</sup> habet locum necessitas,<sup>17)</sup> quia non potest<sup>18)</sup> quis absolute compelli ad prolacionem verbi, ut patet ex sensu et Novellator expressit in commento dec[retalium]<sup>19)</sup> sacr[or]um in secunda questione, et propterea misteriose<sup>20)</sup> loquitur textus in isto § Ceterum, cum dicit: cuiuscumque obligacionis necessitas, non dixit: quecumque necessitas, volens denotare inde<sup>21)</sup> condicionatam et non absolutam, et hanc condicionatam necessitatem equiparamur<sup>22)</sup> per omnia in casu nostro depravacioni mentali proprio facto proveniente,<sup>23)</sup> et hoc per verbum vel bis iteratum, quod importat indifferentem alternacionem,<sup>24)</sup> ut notatur in regula<sup>25)</sup> In alternativis<sup>26)</sup> de re. iuris li. VI., et quod sunt parilia<sup>27)</sup> in casu nostro, textus est clarus in c. Quatuor XI. q. III.,<sup>28)</sup> et est ratio, quia sive consensum prestem corruptus avaricia ut pecuniam consequar sive mente territus ut mortem evitem, que est necessitas condicionalis, pari modo non ago ut eligam, sed ut consequar pecuniam vel salutem, et tamen dicitur verus consensus

1) M<sub>1</sub>: plura. — 2) B: si. — 3) B om.: puta, hab.: quia quia [alterum delens]. — 4) Mss: quo; B correct: qua — 5) M<sub>1</sub>: resilere. — 6) M<sub>1</sub>: ultra. — 7) c. 15 Quia per ambiciosam, 1, 3 in VI. — 8) B: e. ti. c. 1 Licet Romanus pontifex, 1, 2 in VI. — 9) M<sub>2</sub>: in execucionis, B: m execucionis importatur; M<sub>1</sub>: in execuc. Debetne legi: vi execucionis? — 10) c. 15, X, 5, 40. — 11) c. 3 Quisquis § 2. B: et casu quo precipitur XIII. q. I. Verumptamen. — 12) B: condicionatam. — 13) B; M: distinguitur. — 14) c. 5, X, 1, 40. — 15) B correct.: de hiis que vi; prius: que m [m(etu)?]. — 16) B correct; prius: omio, dein: onno, cuius prior pars deletur; M: omnino. — 17) B add: absoluta. — 18) M<sub>1</sub>: quia non potest absolute. — 19) M<sub>1</sub>: decretorum sacr[or]um; B: dec sacis. — 20) B: misteriose [abbrev.]: ministeriose. — 21) B: in? condicionata. — 22) B male et correct, sed indicat veram lectionem; M: equiparand[am?]; B: dampnacioni. — 23) B: proveniente ex proprio facto. — 24) M<sub>1</sub>: indifferent condicio. — 25) B: regula. — 26) Reg. 70 in VI. — 27) B. — 28) c. 78.

inesse vere,<sup>1)</sup> XV. q. I. merito queritur,<sup>2)</sup> et c. Per cathecismum de cogna. spi. li. VI.,<sup>3)</sup> quia ad esse<sup>4)</sup> consensus non requiritur qualitas boni vel mali, sed motus<sup>5)</sup> naturalitatis amplexivus obiecti presentis<sup>6)</sup> potencie volitive.<sup>6)</sup> Hec est sententia Augustini in I. li.<sup>7)</sup> retractacionum transsumptum<sup>8)</sup> XV. q. I. in summa, et ideo Gregorius X.<sup>9)</sup> in § Ceterum parili racione obtestatur cardinales, ut in mentibus eorum preserverent<sup>10)</sup> libertatem postposita quacumque privata commoditate interserens<sup>11)</sup> istud Apostoli quod non querant que sua sunt; que<sup>12)</sup> exponit Augustinus in c. Sunt in ecclesia VIII. q. I.<sup>13)</sup> dicens quod illi querunt que sua sunt qui non Deum<sup>14)</sup> propter Deum diligunt, sed temporales commoditates sequuntur,<sup>15)</sup> sicut recte est vita presentis temporis diverse corporis voluptatis; intendit ergo Gregorius, quod postpositis<sup>16)</sup> quibuscumque passionibus mentis liberis cordibus eligant pastorem ydoneum, et si cardin[ales] hiis<sup>17)</sup> spretis contrarium faciant, textus immediate penam subiungit in § sequenti, cum dicit quod si secus egerint,<sup>18)</sup> divine subiaceant ultioni etc.,<sup>19)</sup> ac si extensius<sup>20)</sup> diceretur quod, si card[inales] eligant<sup>21)</sup> propter comoda privata<sup>22)</sup> vel si efficiantur pusillanimes dubitantes perdere vitam corporis, eligant<sup>23)</sup> ad importunitatem alterius, vel eligant minus ydoneum, cum eleccione facta a duabus partibus cardin[alium] qui sunt presentes in loco ubi debet fieri eleccio, nulla posset opponi excepccio.<sup>24)</sup> Ne miretur aliquis de tali extensione verborum, maxime cum dixi: si metu mortis eligant, quod hoc important verba textus, cum dicitur: necessitas cuiuscumque obligacionis, scilicet iuris vel hominis, sicut verbum: cuiuscumque exponitur in Cle. Ne Romani in § Ceterum, et<sup>25)</sup> quia verbum est generale, comprehendit ius et factum; facit c. Solitae de ma. et obed.<sup>26)</sup> Non potest ergo impugnari eleccio apostolica propter timorem mortis cardin[alibus] impressum, quia non reperitur hoc iure cautum, ymo contrarium, ut statim<sup>27)</sup> est discursum, et propterea, [secundum] Host[ensem] in c. Licet et Guilel[mum] in c. Ubi periculum recte<sup>28)</sup> intelligentes, sibi nulla obstat excepccio, quedam specialia vero, que concurrunt in eleccione Romani pontificis, et inter alia ponunt, quod non fit collacio zeli, sed solum attenditur numerus, votum, et non qualitas intencionum.

<sup>1)</sup> M<sub>2</sub>; B: vero; M<sub>1</sub>: verum. — <sup>2)</sup> c. 1. — <sup>3)</sup> c. 2, 4, 3 in VI. — <sup>4)</sup> B correct, prius: incosse. — <sup>5)</sup> B: metus! — <sup>6)</sup> M<sub>1</sub> male. — <sup>7)</sup> Codd inclari. — <sup>8)</sup> Sic mss. Debet ne legi: transsumpta? — <sup>9)</sup> B. — <sup>10)</sup> M<sub>1</sub>, B: puram preserverent. — <sup>11)</sup> M<sub>2</sub>, B; M<sub>1</sub>: inserens. — <sup>12)</sup> B: quod. — <sup>13)</sup> c. 19. — <sup>14)</sup> Mss: dum. — <sup>15)</sup> M<sub>1</sub>: consequuntur. — <sup>16)</sup> M<sub>1</sub>: pospositis! — <sup>17)</sup> hiis] ipsis B. — <sup>18)</sup> B: egerunt. — <sup>19)</sup> M<sub>1</sub> om: etc. — <sup>20)</sup> M<sub>1</sub>: extensivis! — <sup>21)</sup> M<sub>1</sub>: eligunt. — <sup>22)</sup> M<sub>1</sub>: commodum pravitatis. — <sup>23)</sup> M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub> confusum. — <sup>24)</sup> Mss hic add. bene phras. iam script.: divine subiaceant ulcioni. — <sup>25)</sup> M<sub>1</sub> om: et. — <sup>26)</sup> B: de maio[r]itate. — <sup>27)</sup> B: saltim. — <sup>28)</sup> B: recta.

Hac<sup>1)</sup> eadem ratione mota g[losa] in c. I. LXXIX. di.<sup>2)</sup> terminat, quod, si electio Romani pontificis sit facta per symoniam, quia cardinales corrupti precio elegerunt, non potest poni<sup>3)</sup> exceptio, et propter eandem rationem moti<sup>4)</sup> Innoc[encius], Alan[us], Vincen[cius]<sup>5)</sup> et Jo[hannes] An[dree] dixerunt, quod contra electum in papam non obstat exceptio heresis, et reprehenduntur Ber[nardus] Goff[redus],<sup>6)</sup> et Philipp[us],<sup>7)</sup> qui dicunt contrarium per regulam: Cui damus accionem etc. quia regula illa<sup>8)</sup> non vindicat sibi locum in possessoriiis, eciam adipiscende possessionis, ut notatur in regula Qui ad agendum de re. iuris li. VI.,<sup>9)</sup> et eodem lumine illustrati G[uillemus] de mon[te Lauduno], Zeech.<sup>10)</sup> et Pau[lus] licet non expresse, tenent, quod exceptio heresis non potest opponi contra cardinales, quia, si non obstat in personam electi, multominus<sup>11)</sup> in personas eligencium, quia minus sequitur inconveniens, et per dicta eciam istorum<sup>12)</sup> doctorum, qui non admittunt excepcionem<sup>13)</sup> symonie et heresis, non inepte potest inferri quod in casu nostro non admittitur cuiuscumque metus exceptio, quia quod de uno connexorum dicitur, et de reliquo dictum esse intelligitur, c. Translato<sup>14)</sup> de const., LXXXI. di. Tantis Daniel;<sup>15)</sup> quod autem iste due excepc[i]ones sunt connexe<sup>16)</sup> quoad hoc ut quod de una dicitur in presenti casu, de alia intelligatur<sup>17)</sup> esse cautum, supra ostensum est,<sup>18)</sup> cum loquebar de § Ceterum inc. Ubi periculum, quia simul sub eadem sponson[e]<sup>19)</sup> et ab eodem date sunt seu promulgate, ergo sunt connexe, ut in decret[alibus] statim allegatis.<sup>20)</sup>

Preter hoc<sup>21)</sup> non debet quicumque pariter mirari, si in casu proposito repellitur exceptio metus qui potest cadere in constantem; nam certum est quod<sup>22)</sup> ea que fiunt per metum iustum mortis<sup>23)</sup> mero iure et regulariter tenent, sed constituto<sup>24)</sup> iudicis officio revocantur. Sunt tamen quedam specialia a prefata regula excepta, hec est glo[sa] magistra<sup>25)</sup> in c. Abbas de hiis que me. causa,<sup>26)</sup> inter que specialia casus noster non reperitur conscriptus, et cum non reperitur superior, per cuius officium

1) M<sub>1</sub>: hec! — 2) M om: di, B add super linea. — 3) B: oponi, correct: opponi. — 4) M<sub>1</sub>: eadem rationemque. — 5) M<sub>1</sub>: et Vincen[cius]. — 6) B: Ber. Goffre! — 7) Goffredus de Trano († 1245), Schulte, a. a. O., 2, 88 ff; Philippus, S. 80 ff. — 8) B om: illa. — 9) Reg. 71 in VI. — 10) In der Bibliothek des Metropolitantkapitels zu St. Veit in Prag findet sich handschriftlich folgende Nummer: Mag. Johannes Czach, Excerptum decreti et summa iuris canonici (Schulte, Die kanonistischen Handschriften der Bibliothek in Prag usw., S. 72). — 11) B add hic: obstat. — 12) B: ipsorum. — 13) B: excepciones. — 14) c. 3, X, 1, 2. — 15) c. 3 — 16) B: annexe. — 17) Mss.: intelligitur. — 18) M<sub>2</sub> om.: est. — 19) M<sub>1</sub>: suspensione; B: ab eodem sub eadem sponson[e] date seu promulgate sunt. — 20) B: allegata! — 21) B: preterea hec. — 22) B prius: nam, sed correct: quod. — 23) B: iustum metum, om.: mortis. — 24) M<sub>1</sub>: constan! — 25) Sic mss., B: magistralis, sed syll »lis« deletur. — 26) B primario: que aiur?, post correct super linea: vi me[tus].

revocari possit,<sup>1)</sup> restat quod non habet locum exceptio. Item quid mirantur adversi,<sup>2)</sup> si in tam<sup>3)</sup> sacro negotio, sicut est electio Romani pontificis, tollitur exceptio metus in favorem totius christianitatis ad evitandum hereses et scismata que de facili possunt insurgere, ut dicitur in Cle. Ne Romani in § Ceterum, et proch dolor! ad presens experientia docet, si in favorem unius particularis anime christiane tollitur exceptio metus nedum ab homine, sed a Deo, qui sua omnipotente virtute, invitum<sup>4)</sup> condicionaliter caracterem imprimit ministerio baptizantis, de bapt. Maiores et c. Contra christianos li. VI. de hereticis,<sup>5)</sup> et nedum in sacramento baptismatis, quod est necessarium ad salutem, verum etiam in sacramento ordinis, quod non est tanti favoris, hoc<sup>6)</sup> idem divina bonitas operatur, ut in c. Ubi ista LXXIII. di.,<sup>7)</sup> et c. De Judeis XLV. di.<sup>8)</sup>

Est ergo veritas explorata, quod in electione Romani pontificis facta per cardinales Romane ecclesie omnis tollitur exceptio et contraria pro alia<sup>9)</sup> parte superius inducta facili responsione<sup>10)</sup> solvuntur.

[Solutio argumentorum contrariorum] Incipiendo a VI<sup>to</sup> 11) et ultimo contrario, quod magis videtur urgere,<sup>12)</sup> dico quod c. In nomine Domini non obstat, quia clausula derogatoria ibi apposita cum dicit: Quod si quis contra hoc nostrum decretum etc, non refertur<sup>13)</sup> ad singulos versiculos in eodem textu precedenti, sed debet referri vel<sup>14)</sup> ad principale intentum Ni[colai] vel ad totum textum precedentem simul iunctum.<sup>15)</sup> Ecce quid volo! Intendit principaliter Ni[colaus],<sup>16)</sup> quod electio Romani pontificis fiat per cardinales et ad hoc tantum<sup>17)</sup> potest referri<sup>18)</sup> clausula, quia, si aliquis electus vel intronizatus fuerit contra hoc decretum per alios quam per cardinales, habet locum pena apposita; secundo intendit Ni[colaus]<sup>19)</sup> quod in tali electione cesset simonia,<sup>20)</sup> item quod electus sit de collegio, si reperiat idoneus, item si in Urbe non potest fieri pura et sincera electio, cardinales se transferant<sup>21)</sup> ad locum congruum. Et ad ista singula et simul iuncta non potest referri clausula nisi in sensu composito. Recipiamus totum textum per hunc modum, videlicet, quod si quis contra hoc decretum electus vel introni-

1) B male: superior pape, cuius possit officium revocari. — 2) B primario: adversa, sed correct: adversarii. — 3) B male: causa, sed correct. — 4) B inclare. — 5) B: de hereticis li. VI., c. 13, 5, 2 in VI. — 6) B; M male. — 7) c. 7. — 8) B om., primo: »di.« hic hab: distincionibus; M om., c. 5. — 9) B. — 10) B primario: responsione, sed del., scribit: reprehensione. — 11) B: Vto. — 12) B: vigere. — 13) M<sub>1</sub>: referret. — 14) M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub> om: vel. — 15) B: iustum! super: iunctum. — 16) M<sub>1</sub>: nisi! male intelligendo: ni; B primo loco: in cap[itul]o! sed adest signum correctionis, secundo loco: in c[apitul]o?! — 17) M<sub>1</sub> om.: tantum. — 18) M<sub>1</sub>: referre. — 19) B om hoc nomen — 20) B: quod in? cesset symonia in tali electione — 21) B: conferant.

zatus fuerit<sup>1)</sup> etc., si non per cardin[ales], et per symoniam, et extra collegium, et in Urbe per pressionem<sup>2)</sup> malorum, tunc bene sequitur quod auctoritate divina sit<sup>3)</sup> anathema et abiciatur tamquam antichristus et invasor tocius christianitatis etc.,<sup>4)</sup> sicut legitur in textu. Ecce quod iste sit sanus et verus intellectus, sic ostendo. Nam certum est, ut patet ex textu, quod Alexander in c. Licet non intendit in aliquo corrigere c. In nomine Domini, sed tantum statutis predecessorum suorum aliquid addere, et similiter Gregorius decimus in decretali<sup>5)</sup> Ubi periculum reservat omnia iura predecessorum<sup>6)</sup> edita pro evitanda discordia in eleccione pape, et eodem modo Clemens V<sup>tus</sup> in Cle. Ne Romani eandem preservacionem facit, dum mandat Ubi periculum ad litteram observari.

Oportet ergo intelligere quinque canones sepius replicatos sine aliqua correccione,<sup>7)</sup> ut verum locum vendicet c. Cum expediat<sup>8)</sup> de elec. li. VI.; unde, si clausula derogatoria in c. In nomine Domini refertur ad singulos versiculos eiusdem capituli, immediate ostenditur<sup>9)</sup> § Statuimus in c. Licet, ubi omnis tollitur excepcio; si vero referatur particulariter<sup>10)</sup> ad verum<sup>11)</sup> Quod si pravorum, tunc tollitur § Hoc sacro in c. Ubi periculum, et propterea habemus necessario intelligere<sup>12)</sup> quod dicta clausula in c.<sup>13)</sup> In nomine Domini complexive referatur ad totalitatem<sup>14)</sup> textus precedentis, et quando generaliter refertur, non habet concernere in sensu diviso singulas partes constitucionis, ut probat textus in c. Statutum ad fi[nem] de rescript. li. VI., sed totam constitucionem et illud quod principaliter intenditur in ea, unde Jo[hannes] Mo[nachus] in regula Locupletari<sup>15)</sup> de re. iuris li. VI., notat L<sup>ta</sup>.<sup>16)</sup> modos, per quos generalitas restringitur, quos modos enumerat Jo[hannes] An[dree] in opere mercurialium<sup>17)</sup> in regula In generali<sup>18)</sup> super prima glo[sa] et inter alios ponit quod illud quod generaliter profertur, restringitur ad completum seu perfectum, item ad illud quod precipue et in statu potissimo genus participat; item ad illud quod participat genus proprie et totaliter. Ista non oportet taliter<sup>19)</sup> qualiter ad propositum applicentur, quia intelligen[tibus] clarum est. Item c. I. LXXIX. di. non obstat, quia ex quo

— 1) M<sub>1</sub> add. hic: contra hoc decretum. — 2) M<sub>1</sub>: impressionem. — 3) B: fit. — 4) M<sub>1</sub>: eciam! — 5) M<sub>1</sub>: c[apitulo]. — 6) M<sub>1</sub> add: suorum; B: suorum predecessorum. — 7) B: concorrepcione! — 8) B; M<sub>2</sub>: expediet; M<sub>1</sub>: expediret. — 9) B: offendetur. — 10) B: et particulariter. — 11) M<sub>1</sub>: §. — 12) B primario: intelligemus, dein correctum. — 13) M<sub>1</sub> om: in c[apitulo]. — 14) M<sub>1</sub>: totalem. — 15) Reg. 48. — 16) L.: M<sub>2</sub> B, L M<sub>1</sub>. — 17) Quaestiones mercuriales: eine Schrift des Johannes Andreae (Schulte, 2, 216). — 18) Reg. 81 — 19) taliter] M<sub>1</sub>, M<sub>2</sub> B: aliter qualiter, B add in margine: (aliter) declarare (qualiter), applicentur] om M.

est decretum per Alexandrum, quod ex quo electio est facta a duabus partibus cardin[alium] omni alia exceptione cessante satis intelligitur esse canonica. Et potest esse ratio huius dicti, quia accio displicuit et passio grata fuit, in c. un.<sup>1)</sup> conse. ecclesie in I. R[esponso] li. VI.<sup>2)</sup> Ad quintum negatur sequela absurdi,<sup>3)</sup> quia per alia iuris remedia apciora<sup>4)</sup> sine periculo fidei puniri et conpesci potuerunt<sup>5)</sup> inpressores, puta quod in eis<sup>6)</sup> locum habeat<sup>7)</sup> c. Felicis de penis li. VI.,<sup>8)</sup> et eciam secundum superioris arbitrium pene adhuc addi potuerunt<sup>9)</sup> graviores. Ad quartum dicendum,<sup>10)</sup> quod c. Is autem non loquitur in condicionata voluntate, sed loquitur, quando animo fallendi aliquid<sup>11)</sup> profertur quod nullo modo est in voluntate. Propterea mendacium dicitur carere effectu, quia caret causa. Possumus eciam dicere, quod mendax in tantum nichil dicit in quantum peccatum facit; sed peccatum nichil est, ergo nichil dicit. Et iste videtur<sup>12)</sup> sensus in c. Is autem.

Tercium de capitulo Proposuit: tollitur per eundem modum, quia intelligitur, ubi est omnimodo carencia intencionis, et nichil tangit de intencione condicionata.<sup>13)</sup> Secundum argumentum non concludit, quia, licet sit iure cautum quod de carnali matrimonio possumus ad spirituale arguere quoad modum introduccionis vinculi, cum dicimus, sicut post consensum sponsi et sponse vinculum contrahitur coniugale et per commixcionem corporum consummatur, sic per mutuum consensum eligencium et electi vinculum spirituale contrahitur et per consecracionem intelligitur confirmari, non tamen sequitur, quod pena apposita in uno vinculo, racione similitudinis extendatur ad reliquum per c. Pene de pe. di I.<sup>14)</sup> et regula In penis<sup>15)</sup> de regul. iuris li. VI. Et datur instancia, quia si<sup>16)</sup> post consecracionem constaret de impressione electionis, deiceretur<sup>17)</sup> consecratus et quantumcunque de iusto metu constaret, non dissolvitur matrimonium. Preterea ex alio capite non habet locum extensio<sup>18)</sup> pene nullitatis in casu racione similitudinis prenotate, quia in carnali matrimonio ideo annullatur effectus voluntatis coactus quia solet habere malos<sup>19)</sup> exitus, sed in electione apostolica esset totum contrarium. Ad primum respondetur quod speciale in electione pape; ratio specialitatis exprimitur in c.<sup>20)</sup> Licet § fi[n]ali.

<sup>1)</sup> Mss: in gau, sed B super: gau: glo. — <sup>2)</sup> c. un. Si ecclesiam, 3, 21 in VI. — <sup>3)</sup> M<sub>1</sub>: absurda. — <sup>4)</sup> B; M: ace[ess]or[i]a? — <sup>5)</sup> B: poterunt. — <sup>6)</sup> B: ex eis. — <sup>7)</sup> B: habet. — <sup>8)</sup> c. 5, 5, 9 in VI. — <sup>9)</sup> B: poterunt. — <sup>10)</sup> B. — <sup>11)</sup> aliquid] illud B. — <sup>12)</sup> B: iste noster [del.] sensus est [del.] videtur. — <sup>13)</sup> M<sub>1</sub>: condicionant. — <sup>14)</sup> Mss.: di. II. c. 18. — <sup>15)</sup> Reg. 49. — <sup>16)</sup> B. — <sup>17)</sup> B hic male: diceretur, om: et, non dissolutus! — <sup>18)</sup> B: existencia!, et hab ex sequentibus: coactus quia solet habere, sed delentur. — <sup>19)</sup> M<sub>1</sub>: malas. — <sup>20)</sup> M<sub>2</sub>: in § c. Licet; B: in c. Licet in § finali.

[III Solucio tertii quaesiti]. Ad tertium principale quesitum commodosius procedetur et clarior solucio dari poterit, si narratio facti superius positi addatur<sup>1)</sup> scienter omissa<sup>2)</sup> et quedam minus vere<sup>3)</sup> expressa reducantur ad semitam veritatis. Omittuntur<sup>2)</sup> enim<sup>4)</sup> primo in veritate facti, quod, antequam cardinales intrarent conclave, fuit habitus tractatus et colloquium de eligendo dominum nostrum qui nunc est, inter eos et in tantum quod aliqui cardinales<sup>5)</sup> intraverunt deliberati de eligendo ipsum, et postquam intraverunt, invenerunt inter se maiorem concordiam de eligendo dominum nostrum, et sic fuit electus. Et hoc potest probari per relacionem aliquorum cardinalium, qui predicta pleno ore et plenius quam dixerim ante electionem pape et post fuerunt locuti et cum pluribus fide dignis personis que suo loco<sup>6)</sup> et tempore perhibebunt testimonium veritati.<sup>7)</sup>

Ulterius, cum asserunt prefati cardinales<sup>8)</sup> quod more hostili ad pulsum campane<sup>9)</sup> populus Romanus armatus ab extra circumdantes et ab intra fere implentes palacium, voluntarios livores ostendunt, dum nituntur suppressere, quod, antequam cardinales ingrederentur conclave, officiales Urbis in manibus ipsorum sollempniter<sup>10)</sup> iuraverunt<sup>11)</sup> conclave fideliter custodire, et non deberent tanti<sup>12)</sup> viri ostendere se viros ignaros, nec dicant<sup>13)</sup> officiales Romanos hostili more<sup>14)</sup> conclave custodisse, cum officialibus ipsis<sup>15)</sup> de iure competeret ipsum conclave custodire et ibidem personas cardinalium coartare ac eciam pensata temporum qualitate, cum tota Ytalia esset plena gentibus armorum suspectis et divisionibus<sup>16)</sup> valde magnis, armata custodia valde necessaria visa fuit.

Deinde, cum subditur quod terrore et minis populi tantifurentis<sup>17)</sup> Baren[sem] archiepiscopum elegerunt inviti, hic videndum est de modo terroris et qualitate minarum. Et primo taceatur<sup>18)</sup> quod notorie fertur quod ad instanciam et ad ordinationem aliquorum anhelancium<sup>19)</sup> ad papatum<sup>20)</sup> aliqui viles homines excitaverunt tumultum in populo et pulsaverunt campanam, nec tumultuabant<sup>21)</sup> de Italico, sed precise<sup>22)</sup> acclamabant Romanum dicentes: „Romanum lu volemo“<sup>23)</sup> licet verum

1) B: addantur. — 2) Mss: obmissa, obmittuntur. — 3) Mss.: vera. — 4) B om: enim. — 5) B: cardinalium. — 6) B: loco suo. — 7) B. — 8) B: cardinales prefati. — 9) B: campanarum. — 10) B: sollempniter. — 11) M<sub>1</sub>: iuraverunt: B iterum repetit: sollempniter iuraverunt conclave sollempniter, sed delet et superscribit: fideliter. — 12) M<sub>1</sub> om: tanti. — 13) M<sub>1</sub>: ut dicunt; B: ut dicant. — 14) B: more hostili. — 15) M<sub>1</sub>: ipsius. — 16) B. — 17) B: et [del.] furientis et Baren[sem]. — 18) Sic mss; forsitan lege: taceatur. — 19) B: anhelancium. — 20) B. — 21) B: et tumultuabant. — 22) B: precise accumulabant! — 23) M<sub>1</sub>; M<sub>2</sub>: Romanu lu volemo; B: Romanulo volenio!

fuerit<sup>1)</sup> quod ante ingressum conclavis officiales Romani collegio dominorum cardinalium humiliter supplicarunt, quod ad consulendum<sup>2)</sup> plagas Itali[c]e<sup>3)</sup> ecclesie<sup>4)</sup> in suo patrimonio temporali dignarentur providere Ecclesie universali di Italico<sup>5)</sup> vel Romano, et quod ita fuit,<sup>6)</sup> demonstravit exitus rei, quia, dum diceretur in populo quod archiepiscopus Baren[sis] esset electus qui erat Neapolitanus,<sup>7)</sup> tunc factus est novus tumultus<sup>8)</sup> ad suggestionem vilium predictorum, et fuit presumptum de efraccione conclavis, et cardinales ad quietandum furentes intronizaverunt card[inalem] sancti Petri, qui erat Romanus, et dominus noster, qui tunc erat electus, non audebat publice comparere, ymo<sup>9)</sup> quietato rumore aequaliter et papa exiret<sup>10)</sup> in publicum et universis card[inalibus] et aliis notis ad fugam conversis, Romani nonnulli minis et terrore<sup>11)</sup> sunt conati inducere papam ad renunciandum prosequentes typum parvi<sup>12)</sup> et preordinati contextus, ut consequerentur quendam Romanum papam, qui, ut dicitur, fuit preordinator rumoris ad finem consequendi papatum, ita quod electio domini nostri fuit facta contra omnimodam<sup>13)</sup> intencionem faciencium rumorum in populo. Sed posito quod totus populus acclamasset Italicum vel Romanum, in veritate rei geste, antequam dominus noster esset electus,<sup>14)</sup> nullus intravit conclave, sed facientes tumultum erant ab extra in circuitu.<sup>15)</sup>

Nunc ponamus contra omnem veritatem et legem, quod locum habeat illa opinio hereticorum de qua tractatur XIII. di. in summa et c. Nervi,<sup>16)</sup> quod in culpis committendis locum habeat perplexio, et dicamus quod alicui imprimatur metus mortis, nisi dicat unum<sup>17)</sup> mendacium, quodcumque voluerit,<sup>18)</sup> in genere, cum in genere mendacii reperiantur mendacia graviora et leviora; impressus timore mortis profert mendacium gravius, cum tamen posset evadere metum dicendo mendacium leve, quis sane mentis excusabit impressum a gradualitate peccati, concesso quod sit excusabilis a necessitate peccandi, ymo<sup>19)</sup> indubitanter locum illa regula<sup>20)</sup> sibi vendicabit qua<sup>21)</sup> dicimus in collacione prebende, quod non est liberalitas in dando, sed in cui dando,<sup>22)</sup> de preben. Relatum; licet enim intellectus secundum concessa necessitetur<sup>23)</sup> ad exitum actus voluntatis, cum tamen diversa sunt<sup>24)</sup> obiecta

1) B: fuit. — 2) B: consiliandum. — 3) B: ytalico, ytalie. — 4) Mss: ytalie ecclesie. — 5) M<sub>1</sub>: de Italia. — 6) B: fuerit. — 7) M<sub>1</sub>: Napolitanus. — 8) B add: in populo, sed del. — 9) B: ymmo. — 10) Sic mss, debet subintelligi particula: eum. — 11) B: terroribus. — 12) B: parvi, sed correct: primi. — 13) M<sub>1</sub> add.: voluntatem (intencionem). — 14) M<sub>1</sub> om: electus. — 15) B: in circuitu ab extra. — 16) c. 2. — 17) M<sub>1</sub> om: unum. — 18) B: volunt? — 19) Mss: ymmo, ymo. — 20) B: locum suum [del] sibi illa regula. — 21) M<sub>1</sub>: quia sicud. — 22) M<sub>1</sub>; M<sub>2</sub>; B: cui dando, om: in. — 23) B om sequentia usque ad: huic potencie. — 24) Sic Mss; forsitan lege recte: sint.

huic potencie presentata, nec est necessitas ad aliquid particulare apprehendendum, cum hoc vel illud elegerit,<sup>1)</sup> luce clarius constat quod ex liberalitate mentis<sup>2)</sup> amplectatur<sup>3)</sup> quod intendit. Modo ad propositum reducendo, concessio cardin[alibus], contra veritatem ut est prefatum, quod necessitarentur ad evitandum metum<sup>4)</sup> mendose ostendere aliquem Romanis qui diceretur<sup>5)</sup> papa et non esset, que tamen necessitas imminebat sollempniter eligere archiepiscopum Baren[sem] servato more in electione Romani pontificis solito servari,<sup>6)</sup> cum talis<sup>7)</sup> electio fieret in secreto solum inter illos qui dicebantur impressi, quolibet alio penitus excluso? Erubescant ergo dicere, quod per vim elegerunt qui in sua potestate consistebant actualiter non eligere, quia nullus erat ibi presens inpressor<sup>8)</sup> qui cardinales compelleret ad loquendum, et hoc potuit, quia inter eos fuerunt aliqui cardin[ales] qui nullo modo voluerunt eligere, et tamen nullus fuit<sup>9)</sup> qui eos compelleret ad eligendum. Si ergo intendebant cardin[ales] deludere populum per mendacium, debuerunt facere de Bar[ensi], sicut fecerunt de<sup>10)</sup> domino sancti Petri, vel dare intelligi, quod alium absentem elegerunt, sed quia plus est quod in veritate agitur<sup>11)</sup> quam quod simulanter<sup>12)</sup> concipitur, ex omni parte fraudulencie eorum deteguntur etc.<sup>13)</sup>

Narrant preterea<sup>14)</sup> quod propter metum elegerunt Baren[sem], quem non erant alias electuri, ut inter eos asserunt tunc temporis collocutum, modum autem collocucionis<sup>15)</sup> minime exprimentes, cum tamen, antequam diabolus<sup>16)</sup> in cordibus eorum intravit, pluribus revelaverunt, quod modus collocucionis<sup>17)</sup> fuit talis, quod ad tollendam omnem suspicionem, maxime vulgarium, quando erimus in anagnia, fuimus parati iterum eligere dominum, ita quod voluntarie elegerunt; ymo fertur per aliquos quod tunc temporis fuerit dictum inter eos: „Si volumus evitare rumorem, habeamus aliquem religiosum, quem dicamus electum, donec sedetur populus“ et fuit responsum concorditer quasi per omnes: „Non sic, sed intendimus<sup>18)</sup> facere verum papam.“ Sed ponamus quod modus collocucionis eorum fuerit in deteriorem partem, videlicet quod fuerunt protestati, quod non intendebant eligere, certe per factum contrarium fuit a protestacione<sup>19)</sup> recessum, ut<sup>20)</sup> notatur in e. Cum M[artinus] Ferr[ariensis]<sup>21)</sup> in glo[sa] de

<sup>1)</sup> M<sub>2</sub>; M<sub>1</sub>, B: eligit. — <sup>2)</sup> M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub> inclare. — <sup>3)</sup> M<sub>2</sub>; M<sub>1</sub>, B: amplectitur. — <sup>4)</sup> M<sub>1</sub>: evitandum mortem metum. — <sup>5)</sup> B: diceret papam. — <sup>6)</sup> B: conservari. — <sup>7)</sup> talis] B: capitulis. — <sup>8)</sup> M<sub>1</sub>: erat inpressor ibi presens. — <sup>9)</sup> B: fuerit. — <sup>10)</sup> M<sub>1</sub> om: de. — <sup>11)</sup> B: plus est in veritate quod agitur. — <sup>12)</sup> B primario: simulant, dein correct: simulate. — <sup>13)</sup> M<sub>1</sub>, B om: etc. — <sup>14)</sup> B: propterea. — <sup>15)</sup> B correct., primario: collocucionis? — <sup>16)</sup> B: dyabolus. — <sup>17)</sup> B: collocucionis. — <sup>18)</sup> B: non sic intendimus, sed facere. — <sup>19)</sup> B correct, primario: proession[e]. — <sup>20)</sup> M<sub>1</sub>: et. — <sup>21)</sup> M<sub>2</sub>; B: M. fer. [add super linea] rarien[sis]; M<sub>1</sub> om: ferr[ariensis]; B om: de constit[ucionibus].

constit.<sup>1)</sup> Hic<sup>2)</sup> ergo attento potissime quod in secreto loco electionis nulla erat compulsio, sed in potestate eorum erat realiter eligere vel non, ut superius est prefatum. Post hoc<sup>3)</sup> addunt causam mirabilem quare elegerunt Baren[sem], quia credebant ipsum non acceptare propter sepe dictum tumultum, in qua re se fingunt immemores, quod dominus noster post exitum cardinalium a<sup>4)</sup> conclavi numquam voluit se<sup>5)</sup> gerere pro vero<sup>6)</sup> Romano pontifice, donec due partes cardinalium, aliqui per scripturam<sup>7)</sup> proprie manus ipsorum de qua constat, aliqui per fide dignos nuncios significarunt<sup>8)</sup> sibi quod ipse erat ita verus papa, sicut fuit<sup>9)</sup> beatus Petrus apostolus, premonendo ipsum quod custodiret se ab impetu Romanorum; et cum<sup>10)</sup> talia in secreto significant, iam non possunt<sup>11)</sup> allegare aliquam<sup>12)</sup> compulsionem. Sed dato quod<sup>13)</sup> nichil horum intervenerit, quomodo cogitabant, quod tantus vir, iuris peritus, longissima curiali experientia doctus, tenerrima consciencia a Deo dotatus, vellet non acquiescere vocacioni divine, in qua intelligebat infinitos reprobos posse compescere a pravis operibus ipsorum, vendentes et ementes,<sup>14)</sup> qui Yezi et Symonem<sup>15)</sup> colunt, eicere de templo Dei, et demergere in profundum, qui sanctam Ecclesiam fecerunt speluncam latronum, et ex adverso exaltare humiles innocentes ac dignos ministros Domino consecrare et totum corpus Christi mysticum reformare<sup>16)</sup> in spiritus novitate. Cognoscebat et nichilominus gestam rem<sup>17)</sup> canonicè et in veritate peractam et<sup>18)</sup> quasi omnibus cardin[alibus] valde gratam, intelligens se actificatum divinitus ad papatum et posse<sup>19)</sup> tam grate Domino famulari et nulla ratione cogente perdere meritum tanti boni. Unde restat vanissima<sup>20)</sup> mendosa credulitas ex adverso, sed nichil miri, si dicunt se in eodem tempore credidisse quod<sup>21)</sup> minime crediderunt, quia qui non dubitat in fide catholica proferre mendacia, proculdubio minime dubitabit de mente sua mille modis mentiri.

Prosecuntur in facto, quod per importunas requisiciones ipsius et officialium Romanorum per cardin[ales] qui remanserant in Urbe, fecerat<sup>22)</sup> sibi electionem presentari, et consensum adhibuit. Duo notant: importunitatem electi et officialium Romanorum, in quibus quantum ad primum utinam intelligerent et recte saperent, de qua importunitate loquantur.<sup>23)</sup> Et quid eum fecerat importunum?<sup>24)</sup> Numquid societas Britonum prestabat<sup>25)</sup>

1) c. 9, X, 1, 2. — 2) B: hoc. — 3) B: hec. — 4) M<sub>1</sub>: de. — 5) B; M<sub>1</sub>: se voluit se gerere; M<sub>2</sub>: se voluit gerere. — 6) B om. — 7) B: scripturas, M<sub>1</sub> add hic: aliqui. — 8) M<sub>1</sub>: significaverunt. — 9) B: sic erat. — 10) M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub>: cum. — 11) M<sub>1</sub>: potest. — 12) B: aliquem. — 13) M<sub>1</sub> om: quod. — 14) B scribebat: emendent, sed delet. — 15) Mss.: Symonem. — 16) M<sub>1</sub> om: reformare. — 17) B: rem gestam. — 18) B: ac. — 19) M<sub>1</sub> om: et posse. — 20) M<sub>1</sub>: bonissima? — 21) B: et quod. — 22) B: fecit. — 23) M<sub>1</sub>: loquatur. — 24) B correct, prius: infortunum! — 25) B.

importunitati audaciam, aut thesaurus quem inter cardin[ales] effundunt<sup>1)</sup> simoniace, ut eligerentur<sup>2)</sup> in papam? Et importunitatem Romanorum pro ipso, quare non verentur allegare, cum per Romanos fuerit<sup>3)</sup> ad renunciandum compulsus? Sed posito quod per importunitatem ambiciosam facta fuerit presentacio electionis, ad quid hoc ponderant? Numquid talis presentacio est de substantia ad papatum?<sup>4)</sup> In hoc nolunt intelligere c. In nomine Domini in § Plane, quod decretum alias conantur trahere ad hereticum intellectum; eciam non advertunt quod illa que per importunitatem dampnatam obtinentur,<sup>5)</sup> non sunt irrita ipso iure, ut in c. fi[n]ali de rescript. li. VI. cum concord[anciis] in glo[sa] II, et cum verbum importunitatis impingunt, voluerunt<sup>6)</sup> nisi ad sensum reprobum<sup>7)</sup> retorquere, cum tamen si voluissent Ieronimum audire dicentem de pe. di. I. in c. Importuna,<sup>8)</sup> fuisset ad pietatem potius referendum, nec<sup>9)</sup> est omittendum,<sup>10)</sup> quod electis<sup>11)</sup> illa importunitas est permessa, per quam ius eorum plenarie consequuntur, C. di. Pallium<sup>12)</sup> cum mille s[excentis].<sup>13)</sup>

Restat ultimum et notorium mendacium quod divulgant, videlicet quod ipso metu durante<sup>14)</sup> et ipsius metus causa in Urbe intronizaverunt et coronaverunt eum. Quod mendacium non credo sine divina permissione prolatum, ut qui non dubitant tocium<sup>15)</sup> christianitatis procurare ruinam, catholici principes<sup>16)</sup> cum universo populo christiano prelatos cardin[ales] hostes veritatis cognoscant et (non) apprehendant<sup>17)</sup> eorum fallacius,<sup>18)</sup> sed tota Ecclesia insurgat contra eos et dissipentur qui perdere iuncta festinant. Quomodo enim infroniti<sup>19)</sup> miseri non verentur asserere quod metu fuerunt artati ad intronizandum et coronandum papam, cum pro tunc quando imminebant hec fieri,<sup>20)</sup> quatuor cardinales erant extra Urbem in locis tutissimis, in quibus trufari poterant de Romanis, sed alii cardin[ales] reduxerant se ad Castrum sancti Angeli infra Urbem, in quo, quantum poterant stare securi,<sup>21)</sup> hodie experientia docet; nam castellanus cum aliquibus famulis tenent<sup>22)</sup> dictam fortalicium<sup>23)</sup> in despectum Romanorum et cum magno ipsorum tedio. Et tamen dicti quatuor absentes ad intronizandum et coronandum<sup>24)</sup> papam Romam libere et spontane sunt reversi,

<sup>1)</sup> Illa manus que in B recensuit textum add verba in marg, hic add: effun(dit) syll: dit, credens verbum esse incompletum, attamen sequens linea recte prosequitur: dunt. — <sup>2)</sup> B: eligeretur. — <sup>3)</sup> B: fuit. — <sup>4)</sup> M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub> male. — <sup>5)</sup> M<sub>1</sub>; M<sub>2</sub>, B: optinentur. — <sup>6)</sup> noluerunt? — <sup>7)</sup> M<sub>1</sub>: nisi secundum reprobum. — <sup>8)</sup> c. 58. — <sup>9)</sup> M<sub>1</sub>: non. — <sup>10)</sup> B<sub>1</sub>; M: obmittendum. — <sup>11)</sup> B: electio! — <sup>12)</sup> c. 10. — <sup>13)</sup> B: mille 161 [sic], cum signo correctionis, sed correctura desideratur. — <sup>14)</sup> B: ipso metu durante, metu et ipsius metus causa. — <sup>15)</sup> B om: tocium. — <sup>16)</sup> M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub>: princeps. — <sup>17)</sup> M<sub>1</sub>: et apprehendat. — <sup>18)</sup> B add.: et figmenta. — <sup>19)</sup> M<sub>1</sub>?, M<sub>2</sub>, B?: infroniti. — <sup>20)</sup> B: infieri. — <sup>21)</sup> M<sub>1</sub>, B; M<sub>2</sub>: secu. — <sup>22)</sup> B: tenet. — <sup>23)</sup> B: fortalicium. — <sup>24)</sup> M<sub>1</sub> om.: aliqua.

alii sex qui stabant in Castro sancti Angeli gratuite et spontanee proprius manibus subscripserunt,<sup>1)</sup> quod dominus noster est verus papa et committebant certis aliis cardin[alibus], quod eciam nomine eorum intronizarent eum. Et cum intronizacione quasi omnes<sup>2)</sup> cardinales fuerunt et usi sunt verbo iterate eleccionis, si expediret. Ecce quod decem cardin[ales] non possunt allegare quod metu intronizaverunt; de cardin[ali] vero sancti Petri nullum dubium,<sup>3)</sup> quin semper voluntarie adhererit<sup>4)</sup> domino nostro, et sic XI cardinales, qui faciunt duas<sup>5)</sup> partes electorum, fuerunt liberi in intronizando et similiter in coronando. In qua coronacione fuerunt omnes cardinales et usi sunt, ut predixi, verbo iterate<sup>6)</sup> eleccionis, si erat expediens. Item quod non coacti predicta fecerunt,<sup>7)</sup> infra scripta evidenciam manifestant; nam omnes cardin[ales] collegialiter pecierunt a domino nostro absolutionem culpe et pene, sicut moris est peti per collegium a novo Romano pontifice et ad hoc non possunt dici fuisse compulsos, nec petivissent nisi ipsum crederent verum papam; item plures cardinales fecerunt domino nostro encenia<sup>8)</sup> diversorum iocalium; item quam plures cardin[ales]<sup>9)</sup> postquam recesserunt de Roma et a papa et iverunt anagniam, quem locum asserunt sibi tutum<sup>10)</sup> scripserunt diversas litteras domino nostro sicut vero Romano pontifici; item dum starent ibidem, petiverunt et interdum obtinuerunt diversas gracias ab eo; item duo cardinales in Anagnia<sup>11)</sup> de mandato domini nostri arrestari fecerunt camerearium cum bonis suis<sup>12)</sup> et modo cum tanta arrogancia et tam gravi mendacio negant in terris vicarium Jesu Christi.

Explicit factum domini card[inalis] Theatini.<sup>13)</sup>

---

<sup>1)</sup> B; M<sub>2</sub>: conscripserunt; M<sub>1</sub>: conscripserant. — <sup>2)</sup> M<sub>1</sub>: per omnes. — <sup>3)</sup> M<sub>1</sub>; M<sub>2</sub> om.: dubium, etiam B, sed add. super linea. — <sup>4)</sup> B: adhesit. — <sup>5)</sup> B. — <sup>6)</sup> M<sub>1</sub>; M<sub>2</sub>: iterato; B: iterat. — <sup>7)</sup> B: perfecerunt. — <sup>8)</sup> M<sub>1</sub>: enzenia. — <sup>9)</sup> B: cardinalium. — <sup>10)</sup> M<sub>1</sub> om.: tutum. — <sup>11)</sup> B: Anania. — <sup>12)</sup> Diese Arrestierung des Kämmerers wird auch erzählt im Traktat des Jakob de Seva (C. E. Bulaeus, Hist. univers. Parisiensis, 4, Parisii 1668, S. 506 f.) — <sup>13)</sup> B.